

tantur, recogniti & audi autore M. Stephano Riccio. Anno 1575. Liber, ut ego quidem opinor, autoris manu scriptus.

CC XXXIX.

Collectanea de numismatibus Saxoniciis.

CC XXXIX.—CCLXIII.

Magnum ac novum opus continens descriptionem vitae, imaginum, numismatum omnium tam orientalium, quam occidentalium impp. ac tyrannorum, cum collegis, coniugibus liberisque suis, usque ad Carolum V. imperatorem, a IACOBO DE STRADA, Mantuano elaboratum. Anno Domini MDL. Volumina XXXI. dedicata hoc ipso anno clariss. & ampliss. Domino Ioanni Iacobo Fuggero in Kirchberg & Wissenhorn comiti.

De nostris codicibus in Licinio desinentibus iudicium tulit Struvius introductionis ad notitiam rei literariae cap. I. §. IX.

Inter cimelia ratiora (bibliothecae Gothanae) adservantur aliquot Tomi Iacobi de Strada, in quibus rarissimi nummi Romani consulares & imperatorii stupendo labore & arte mirabili delineati sunt. Horum picturas singulas, singulis coronatis constitisse auctor est Occo in epistola Msta ad Amarbachium apud Patinum, in introductione ad historiam numismatum cap. XXIV. p. 188. Similia in Caesaris Vindobonensi extare testatur Lambecius Bibliotheca Caef. Tom. I. p. 77. Quid Seckendorffius de hoc opere, aut potius partibus eius prioribus, iudicarit, docebit lectores eius ad Bosium epistola, quam ex autographo adscribemus.

Legeram heri, Vir clarissime, dum currū vehor, tempusque & iter fallo, Exercitationes tuas, de Pontifice Maximo veteris Romae & alteram illam de Cliniciis: Quo magis itaque eruditonem tuam studiumque de bonis litteris egregie merendi omnibus approbas, eo impensis mihi allaborandum duco, ut faveam commodis tuis & affectui erga Te meo aliquo modo satisfaciam. Sane cum coenarem heri apud Illus̄trissimum Principem Wilhelμum Saxoniae Ducem, ac sermo de Academia vestra incideret, praesentibus Nobilissimis Amplissimisque Viris Dn. Zacharia Pruhšchenkio Ducatus Isennacensis Praefide, & Eustachio Brinkio, Camerac, ut vocant, Consiliario, non omisi eam de Te mentionem facere, quam exigebat illa diligentia tua & felicitas ingenii: ut spes sit, si quid in aula postbac desideres, non facile repulsam esse laturum: Sed vide, quomodo alia quoque se obtulerit occasio, ut meminisse Tui possem,

Et has ad Te literas dare. Cum hodie statim atque illucesceret, Principem
 accederem, discedendi veniam impetratus, Is non denegabat eam quidem,
 verum tempus variis sermonibus trahens, tandem in Museum illud suum li-
 bris aliquot atque instrumentis Mathematicis refertum, me introduxit, ostenditque
 non solum inter alia libros illos numismatum veterum, de quibus pro-
 ximiis diebus mecum locutus eras, sed etiam literas Illustrissimi fratribus sui, Du-
 cis Ernesti, Principis mei legendas dedit, quibus rogabatur, libros illos commo-
 dato dare Et describendi copiam facere. Volente itaque Illustrissimo Wil-
 belmo, tria priora volumina, sunt autem si recte observavi, ad 15. vel 18. mecum
 Gotham transvehenda accepi, quibus descriptis atque restitutiis caeteri subin-
 de transmittentur. Cum vero nulla prorsus explicatio adiecta sit nummis,
 nec omnino careant mendis in descriptione commissis, admonui Illustrissimum,
 defectibus istis supplendis non alium Te magis idoneum fore: Quod beni-
 gne accepit Princeps, Et spem fecit, se aliquando Te in aulam evocaturum
 atque hac de re tecum auctorum esse. Praeterea cum libri ipsi nunc ad manus
 meas veniant, dubitare non poteris, quin cupidissime, si quid velis, ex iis Tibi
 communicaturus sim. Quoniam autem haec per oīum scribo, dum praetor
 spem mibi hac in urbe pernoctandum est, tardius dimisso Vinaria, de auctore
 ac structura operis quaedam adiciam: Concinnati sunt libri à Iacobo Strada
 Manciano, sumtu, uti videtur, Antonii Fuggeri Comitis, circa annum 1550.
 Titulus promittit vitas Et numismata omnium Imperatorum atque Tyranno-
 rum, Orientis Et Occidentis, eorumque coniugum ac liberorum, à Iulio Caesa-
 re ad Carolum V. Quod autem vitas attinet, de iis nihil reperias nisi brevi-
 usculas quasdam inscriptiones, de natali, rebus gestis, ac morte Principum, ad
 imitationem veterum lapidum effictas, quas alibi editas legisse puto, quamvis
 autor mibi nunc non succurrat; Numismatum vero effigies forma longe
 maiori Et eleganter delineatae totum opus absolvunt, in quo ipsa mole often-
 tationem quaeasse videtur autor in singulis enim foliis, quae magna sunt Et
 uti vocant regalia, una tantum facies nummi conspicitur. Quantum vero ex
 cursoria inspectione trium priorum voluminum, quibus nummi à Iulio Caesa-
 re Et Triumviris, qui post mortem eius Rem publicam invaserunt, cusi compre-
 henduntur, indicare potui, peccavit aliquando compilator in ipso ordine sive
 collatione, deceptus una nummi facie, quae forte Iulium Caesarem refere-
 bat, cum ex altera posterioris Imperatoris nomen Traiani putar vel Hadriani
 manifestè appareat. Porro annon nummi plerique ab Octone vel Octavia-
 no Strada aut aliis iam editi sint, affirmare vel negare non ausim, priusquam
 collationem cum libris impressis Et Manuscriptis hic fieri curaverim, quod fa-
 cilius sum, quam primum licebit: illud summopere optandum esset, ut nummi
 essent, uti quidem eos vidit Illustrissimus Wilhelmus, verum nancisci non potuit,

cum libris essent coniuncti : interim tamen his ipsis non sine fructu atque delectatione uti possumus &c. claudam prolixam epistolam quaestum alia, quid sit in nummis Cleopatrae sive Antonii, ΟΣΣΑΝΣΩΤΗΡΑ, ita enim habet Graeca inscriptio : Κλεόπατρα Βασιλίσσης ὁστανσωτήρα.. Alius gignendi casum enunciatur : Κλεόπατρης Βασιλίσσης ὁστανσωτήρας ex altera parte scriptum est : Μάρκος Αυτόγεος εὐοισῆς, αὐλοκράτωρ, τριῶν ἀνδρῶν, quae satis planariunt ; sed prius illud non intelligo , nec à me melius quam à Te explicabitur. Respondebis, quando commodum videbitur : Vale interea & me, uti coepisti, ama.

Erfurti ad 5. Xbr. 1657.

Tomus XXXI. non pertinet ad ceteros codices , sed peculiare opus est primis XII. imperatoribus ex numis cognoscendis destinatum , cuius nos titulum & praefationem hoc loco exhibebimus.

Series Imperatorum Romanorum ac Graecorum & Germanorum omnium a C. Iulio C. F. C. N. Caesare usque ad Maximilianum II. Caes. P. F. Aug. una cum Liberis Patrимis atque Matrimis ex A. A. A. numismatisbus quam fidelissime delineatis : Inservimus etiam iuxta tempora Hexarchos & Longobardorum Reges omnesque cum ipsorum elogis breviter descripsimus ex musaeo Iacobi de Stradae Mantuani Caes. Antiquarii Civis Romanii.

Complures sunt anni, quod nos in omni antiquitatum genere elaboramus, numismatum videlicet, tum etiam marmoris, aerisque flatuarum, inscriptionum atque aliarum quoque rerum, quas longum esset sigillatim recensere : quemadmodum meo in museo licet videre ; praesertim vero in meo XII. linguarum Dictionario : Illud enim universi terrarum orbis antiquitates , una cum earum explicationibus complectetur. Verum cum Dictionarium illud immensi operis sit, interea recreandi animi gratia privatim excerpti , ac una contuli omnium Imperatorum seriem, incipiens a C. Iulio Caesare & finiens in Maximiliano II. Imperatore, benignissimo Domino meo : id est singulorum Imperatorum singula numismata , ita quoque, ut quodlibet numisma habeat alteram partem expressam. Deinde sub quolibet Imperatore singula numismata, ex singulis quae reperiuntur formis, similiter cum alteris eorum partibus expressis : hoc est Uxoribus, filiis, affinibus, (quemadmodum in Indice apparebit, in quo caput erit descriptum, cum altero latere, siccirco ut qui perspiciet, maiorem capiat volupatem, plenioraque intelligentiam habeat : est enim huiusmodi numismatum studium profecto ab aliis diversum,